



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

Argum. Cap. sequentium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

g Lib. 9. tum super D. ^bIoannem. Sic ^hDamasce-
 cap. 10. nus de orthodoxa fide. Sic Clemens ⁱAle-
 h Lib. 2. c. xandrinus. Sic inter Latinos D. ^kHierony-
 30. & lib. mus, ^lAmbrosius & ^mHilarius. Porro & D.
 4. cap. 20. Augustinum de electione ad gloriam in ea-
 i Strō. 17. dem sententia fuisse, nec nisi de electione ad
 k Ad He- primam gratiam contra Pelagianos dispu-
 dib. q. 10. tasse, nec denique præscientiam operum nisi
 l De fide solus liberi arbitrij contra illos sustulisse,
 lib. 5. c. 13 supra cap. 9. ita latè ostendimus, vt hîc repe-
 m. in Psal. 64. tere nihil sit opus.

Argum. Cap. sequentium.

Recapitu-
latio præ-
cedentiū.

IN sequentibus capitibus, terminata tan-
 dem longa & operosa disputatione de
 fide & gratia Christi; tum quoad eius ne-
 cessitatem omnium hominū respectu,
 seu Iudæorum seu Gentium; tum quoad eius
 admirabiles effectus in carnis & peccati do-
 minio; tum denique quoad eius excellen-
 tiam & principium ex parte Dei, quod in
 Iudæorum reiectione ac Gentium vocatio-
 ne maximè eluxit nunc de vsu gratiæ Chri-
 sti ex parte nostralissimè disputat, & par-
 ti dogmaticæ partē moralem ita subnectit,
 vt luculenter doceat, sic ex fide & gratia
 Christi tam Iudæorum reliquias quàm to-
 tius orbis Gentes gratuitam cum Deo re-
 conciliationem & iustificationem accepisse,
 vt

vt iam in Christo per fidem iustificati, non in ea sola iustificatione (quæ solùm exordium salutis est) saluari se in reliquo vitæ cursu posse existiment; sed in recto gratiæ Dei vñu magis ac magis se iustificari debere, acceptam iustitiam conseruare & augere, salutem denique suam perficere & consummare oportere, intelligant, Cap. 12. arg. Capite igitur 12. de ipsa cuiusque sanctificatione, de vario donorum Dei vsu, de varijs pietatis operibus multa præcepta accumulât. Cap. 13. arg. Cap. 13. de publica ac privata iustitia erga Principes & erga proximũ, ac tandẽ de vitæ puritate alia adiũgit præcepta. Cap. 14. arg. cap. 14. veluti cõmunis patet Gentium ac Iudeorũ, quasi arbitrũ agit inter Gentile Christianũ firmiorẽ, & Iudæũ Christianũ infirmũ. Christianũ Gentile hortatur, ne contẽnat scrupulosum Iudæum circa cibos lege veritos; Iudæum conuersum hortatur ne condemnet Gentilem sua libertate vtentem. Vt vterque paci & ædificationi proximi studeat, nec ille sua libertate fratrem scandalizet, nec hic fratris libertatẽ iudicet, multis verbis monet. Cap. 15. arg. Cap. 15. vltorius pergens, infirmos huiusmodi fratres à firmioribus placidẽ & amicẽ sustinendos esse docet. Cuius rei occasione iterum excurrit in vocationem Gentium: ac deinde quædam subiungit familiaria ad se pertinẽtia. Vltimo capite contexit varias salutationes, obiter Cap. 16. arg. monens vt ab hæreticis sibi caueant. Ita ab

exordio Ecclesiæ hæc pestis inualuit: & hac saluberrima admonitione epistolam terminat.

CAP. XII.

- I. *Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.*

Sanctificatio Christiano necessaria.

EST adhortatio efficacissima ad rectum diuinæ gratiæ usum assequendum, ac retinendum. Per ipsam Dei misericordiam (quam precedentibus capitibus sublimiter prædicauerat) per quam saluati, id est, è statu damnationis erepti, ad statum salutis translati erant, per maximum & primum erga eos Dei beneficium, eos veluti adiurat & contestatur, ut loco externi sacrificij, & mactatæ victimæ, in quo summum Dei cultum Gentes ponebant, sui ipsius corporis sacrificium Deo offerant: *corpus suum* per actiones omnes externas Deo seu in Dei cultum exhibeant, veluti *hostiam* quandam, *viventem* quidem, non mactatam corporaliter, *sanctam* tamen, & quæ maculam non habeat, cuius nec oculus malum respiciat, nec lingua immodestè loquatur, nec manus iniquè perpetret: *Deo placentem*, ad Dei nutum atque mandatum sua membra mouentem, *ut sit rationabile obsequium,*

λογικῶν